1569

Sit omnibus Notum Quod Ego Anna Verges vidua relicta Joannis Verges quondam sartoris Civis Barcinone De mea certa scientia et Gratis Confiteor et recognosco vobis Honorabili
domine Eleonori Xiffre vidue relicte Honorabilis Francisci Xiffre quondam mercatoris Civis Barcinone Quod modo infrascripto dedistis et soluistis michi omnes illas Ducentas libras Barchino
nenses Pro quibus sive quarum Precio ego vendidi et ex causa venditionis concessi vobis ut heredi [et] vita vestra naturali tantum dicti quondam Francisci Xiffre mariti vestri et vestris in dicta hereditate suc
cessoribus perpetuo Totum illud Censuale mortuum Precij sive proprietatis Ducentarum librarum barchinonensium Et Pensionis annue Ducentorum solidorum dicte monete quod michi faciebat
et prestabant Annis quolibet tercia die Mensis decembris Magnificus Galcerandus Ferrer domicellus dominus loci castri et termini de la morana diocesis vicensis ac universitas et singulares persone dictis loci castri
et termini de la morana Prout de dicta venditione in qua premissa et alia Larius continentur constat Instrumento recepto penes notarium infrascriptum die presenti et infrascripta paulo ante sub die
confecto Modus vero solutionis dictarum Ducentarum librarum fuit iste quoniam Ipsas michi dixistis et scripsistis sive dici et scribi fecistis in tabula cambij sive depositorum Civitatis Barcinone
Quam dictam et solutionem ratam gratam et aceptam habui et habeo tecum presenti Et ideo Renuntiando exceptioni pecunie non numerate non solute non habite et non recepte et doli mali
actionique in factum et omni alij iuri rationi et consuetudini his obviantibus et obviare valentibus quovismodo facio vobis de predictis Ducentum libris modo predicto exsolutis presentem Apocham de soluto
et de recepto et pactum firmissimum de ulterius non petendo et de non agendo vallatum stipulatione solempni in manu et posse notarij infrascripti Actum est hoc Barcinone undecima die mensis
Maij Anno a natiuitate Domini Millesimo quingentesimo Sexagesimo Nono Signum Anne verges predicte Qui hec Laudo, concedo, et firmo.

Testes huius Rei sunt Anticus Cassaramon parator pannorum lane et Michael Cicart scutellerius Cives Barcinone.

Sig+num mei Petri Fitorancte Regia auctoritate notarii publici Barcinone, Qui hec scribi feci et clausi rogatus.

1569